

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Frequens in oriente lunularum usus vetustissimis temporibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

208 De CALCEIS HEBRAOR.

Herbert.
Itiner.
pag. 123.

nulli prodiderunt memoriæ , quod calceos habeant lunulis ferreis corniculantibus munitos. Sed vestitissimis temporibus inter ornamenta mulierum lunulæ aureæ fuerunt , quas non in calceis , sed è collo pendentes habebant.

Jud. 8. 21.
26.

Jud. 8. 26.

IV. In Oriente fuisse frequenter lunularum usum liber Judicum ostendit , in quo inter ornamentum Regum Midianitarum שׂרְוִיּוֹת fuisse legimus , quod ornamentum fuit lunularum in modum concinnatum. נֶקֶבָּי torques vertit quidem Jonathan , & Vulgatus tum bullas tum ornamenti , tamen qui ad Hebræam vocem diligentius attenderunt lunulas reddiderunt. Μηνίσκοις habent LXX interpretes. Nisi quod uno in loco in Veneta & Complutensi editione legatur וְלַיְלָה תָּאֵן סְגָדָנָיוּ , quod est ipsum Hebræum שׂרְוִיּוֹת . unde סְגָדָנָיוּ , uti ex חֲנָה factum est גִּיסָּה , vel גִּיסָּה , ex נְרוּא גְּלָאָגָּו proselytus , & sexcenta alia , de quibus erudit monuerunt , ubi tamen in editione Romana est וְלַיְלָה מְנִיסָּה . Chaldae pariter Lunam כְּלָדָן vocant , unde apud ipsos פְּהָרָגִין sunt .

sunt *lunulae*, ornamenti genus, à Lunæ similitudine dictum, uti videre est in magno opere doctissimi Buxtorfii. Consentient Judæo-
rum magistri qui vocem *שׁׂׂדָׂנִים*
exponunt *תְּלִיְנָהָרָה יְמָמָה* *ornamenta
ad similitudinem Lunæ*. Quam significationem plerique eruditi Hebrææ Linguae interpres exprimunt. Rectissime sane. Etenim nihil aliud fuerunt quam ornamenta aurea ad Lunæ similitudinem concinnata, qualia non tantum Midianitarum Reges, verum etiam ipsorum camelii gestarunt, eodem modo uti in Parthenopæi equo apud Statium:

Buxt. Lex.
Talm.

Stat. lib. 9.
Theb.

Factantur niveo lunata monilia dente.

Eodem ornamento uti consueverunt Arabes, & ab Arabibus ad Turcas propagata est hæc religio. Cuius rei origo non est obscura. Primam gentium Idololatriam à Solis atque Lunæ & cœlestis machinæ cultu cœpisse jam diu animadversum est à viris doctissimis.

Videri possunt quæ Johannes Seldenus, Angliæ suæ decus, & Gerhardus Johannes Vossius, Bataviae

Seld. de

Dis. Syris

prol. 3.

Voss de

Idolol.